

eos carcerali custodia (donec de dicta licentia speciali modo predicto sibi confiterit) detinendo. Et nihilominus si quos Religiosos approbare, quae Sedes Apost. reprobat, vel quae alias sunt Fidei obvia, in suis praedicationibus, seu secretis colloquutionibus dogmatizare perferant; ut tales (quibuscumque cessantibus privilegiis) possint licite capere, & carcerali custodia, sicut suos possent subditos, mancipare, licentiam impartimur. Et insuper tenore praesentium mandamus eisdem, ut de praemissis summarie, simpliciter & de plano, ac sine strepitu iudicii & figura, per se, vel alium, seu alios se solerter & fideliter studeant informare; quosque de praedictis, seu eorum aliquo repererint reos esse, iuxta statuta Canonum in aliorum exemplum castigare poenis debitum non postponant: non obstantibus exemptionibus, & aliis quibuscumque privilegiis, & Literis Apostolicis eisdem Religiosis, vel eorum Ordinibus ab eadem Sede concessis, vel in posterum concedendis; etiam si de illis plena & expressa mentio, ac de verbo ad verbum in praesentibus sit habenda. Quae quantum ad praedicta vel aliquod eorumdem eisdem in nullo volumus suffragari. Nulli ergo, &c. Datum Avinioni vi. Idus Maii, Pontificatus nostri anno nono.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS.

TITULUS IX.

I. JOANNES XXII. [c. an. 1325. Aventoni.]

Licet Beguinarum status sit, propter multas rationes, per Clementem V. reprobat, permittitur tamen mulieribus sine dignis, qua nec sunt culpabiles, nec suspectae, sub habitu Beguinarum vivere: nec sunt tales per Ordinarium molestanda. Vide cap. primum eodem titulo in Clemem.

Ratio recta non patitur ut innocentes ad paria cum nocentibus iudicentur. Sanè felix recordationis Clemens Papa V. praedecessor noster, cum de mulieribus, quae Beguinae vulgariter nuncupantur, nonnulla ei fuissent, praecipue de Alemaniæ partibus infinuata sinistra; & praesertim quod earum quaedam de Summa Trinitate & Divina Essentia disputarent, & praedicarent; ac circa articulos Fidei, & Ecclesiastica Sacramenta opinioniones Catholicae Fidei contrarias introducerent, & multorum simplicium animas in diversos errores inducerent: ex his & aliis frequenter de illis auditis habens eas non indigna ratione suspicatas, in illas, quae statum huiusmodi noviter assumptum sectarentur ulterius; aut quae illum de novo assumerent, excommunicationis sententiam promulgavit. Verum, quia in multis mundi partibus plurimae sunt mulieres, quae similiter vulgo Beguinae vocatae, segregatae quandoque in parentum, aut suis, interdum vero in aliis, aut conductis sibi communibus domibus infimul habitantes, vitas deducunt honestas, Ecclesias de nocte frequentant, Dioecesanis locorum, & Parochialium Ecclesiarum Rectoribus reverenter obediunt; curiositatem disputandi, aut auctoritatem, seu temeritatem potius praedicandi, nullo modo sibi usurpant, nec se vel alias, seu alios quoslibet praemissis opinionibus erroribusque involvunt; nec ulla super his est, aut fuit haec nota, seu suspicio contra eas, quae ipsas dissimiles à luce sua confringeret: ut nullis earum, quae perpetuam fortè Domino continentiam devoverunt, occasio præbeatur ad lapsum; & ne periculis, damnis, & scandalis plurimis, quae proinde verisimiliter sequerentur, pro provisione Ecclesiae moderna, occupentur; Beguinas huiusmodi inculpabiles, ut praemittitur, nec suspectas sub prohibitione & abolitione praemissis (quia de ipsis Praedecessor noster praefatus nullatenus sensit dignoscitur) de Fratrum nostrorum consilio, declaramus, & volumus non includi: Locorum Ordinaris nihilominus injungentes, ut eas sub praetextu huiusmodi nullatenus molestari permittant. Et si quid forsitan ex hoc in bonis, aut iuribus à quibuscumque contra eas attentatum est haecenus, vel attentari contigerit in futurum; per illos praedictos Ordinaris auctoritate nostra in statum reduci debitum volumus; invocato, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Ceterum, statum Beguinarum huiusmodi, quas esse permittimus (nisi de his per Sedem Apostolicam aliter ordinatum extiterit) nullatenus ex praemissis intendimus approbare. Locorum autem Ordinaris, & alios, ad quos praedicta spectabunt, curam pervigilem, & sollicitudinem debitam praecipimus adhibere, ne praemissarum sequentes invidia, & ipsarum actus temerarios imitando, praemissis erroribus, & disputationum, & praedicationum temeritatibus se involvant: eas, quae contra praedicta praesumpserint, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Porro Mulieres, quodcumque nomen habentes, quae de illis, ex quibus prohibito praecesserit, culpabiles se reddiderint, aut merito notabiles vel suspectas, si statum vel habitum quoquo modo mutaverint, verè sub praedicta decernimus remanere censuram; & taliter contra eas, per illos, ad quos pertinet, procedi volumus & mandamus, quod ab errore de more revocatae, non ultra inficiant sanas oves.

Brachium
seculare
potest
quando
que ab Ecclesia
invocari.
c. 1. de offic.
Ord. in univ.

DE CENSIBUS, EXACTIONIBUS, ET PROCURATIONIBUS.

TITULUS X.

I. BENEDICTUS XII. Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. [c. an. 1336. Aventoni.]

Taxat procuraciones, pabula charitatis, & subsidium charitativum. Salva privilegia, conventiones, consuetudines, & praescriptiones, & indemnitate pauperum: inhihet contraveniri; punit transgressores, & eorum familiares, &c. Et locari debet sub rubrica, De censibus, & procuracionibus.

Vas electionis Paulus Apostolus egregius Praedicator, se, & eos qui secum erant, propriis manibus exhibebat, ut pseudo & subdolis operariis, sub praedicationis specie, lucra sectantibus locum praeluderet; & his, quos ipse pascebat pabulo verbi Dei, non existeret onerosus. Sanè licet circa modestiam in exigendis procuracionibus observandam à praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus salubria emanaverint instituta: quia tamen (sicut experientia docet) nonnulli Praetorum, necnon Dioecesis Nunciatorum, vel Legatorum Apostolicæ Sedis, de quibus nullam faciunt mentionem expressè, sic se reddiderunt, & reddunt in dictarum procuracionum exactionibus onerosos, ut oppressi subditi huiusmodi onera nequeant supportare, & victum longi temporis brevis hora consumant. Nos attendentes, quod parentes debent thesaurizare filiis, non delicias fastidiosas eorum substantiam absorbere: ac cupientes pro diversitate conditionum visitantium Praetorum & Provinciarum, ac Ecclesiasticarum etiam facultatum certum modum sufficientem visitantibus, & supportabilem visitatis in praemissis fore de cetero observandum: de Fratrum nostrorum consilio, praesentis Constitutionis edicto statuimus, quod cum in Franciæ, Navarræ, Majoricarum Regnis, ac Terris, Provinciis, & partibus adjacentibus, & in vicinis eisdem, necnon in Delphinatu, Burgundia, Sabaudia, Provincia, & Forcalqueri Comitatus, Archiepiscopi, & Episcopi, ac alii Praetati, & personae Ecclesiasticae, quibus id de jure vel consuetudine competit, suos subditos personaliter visitant: idem Archiepiscopi à suis, vel Suffraganeorum suorum Cathedralibus Ecclesiis pro procuracione unius diei, five in victualibus, five à volentibus in pecunia ultra trecentorum à Monasteriis vero & aliis Ecclesiis, vel Prioratibus Secularibus vel Regularibus habentibus Collegium vel conventum duodecim vel plurimum personarum, ultra ducentorum ac quinquaginta. Ab habitibus vero paucorum personarum Collegium, seu conventum, & quibuslibet aliis Ecclesiis, Prioratibus & locis, ultra ducentorum. Episcopi etiam à Cathedralibus Ecclesiis, ultra ducentorum. A Monasteriis vero & Ecclesiis aliis ac Prioratibus Secularibus vel Regularibus Collegium habentibus duodecim vel plurimum personarum, ultra centum & quadraginta. Ab habitibus vero personarum Collegium pauciorum, & quibuslibet aliis Ecclesiis, Prioratibus & locis, ultra centum & quadraginta. Abbates quoque à Monasteriis vel Prioratibus habentibus Collegium duodecim vel plurimum personarum, ultra centum. Ab aliis quoque habitibus minus Collegium, ac Ecclesiis, Prioratibus & locis quibuscumque, ultra lxxx. Archiepiscopi quoque, ultra xxxv. Archiepiscopi quoque, ultra viii. Turonen. argenti valorem recipere non praesumant. Si vero praefati Archiepiscopi, Praetati, & personae Ecclesiasticae ex privilegio Apostolico vel plurimum personarum, ultra quinquaginta. Ab habitibus vero minus Collegium, & quibuslibet aliis Ecclesiis, Prioratibus atque locis, ultra quadraginta. Episcopi etiam à Cathedralibus Ecclesiis, ultra quinquaginta. A Monasteriis vero, aliisque Ecclesiis & Prioratibus Secularibus vel Regularibus habentibus Collegium duodecim vel plurimum personarum, ultra centum & quadraginta. Episcopi etiam à Cathedralibus Ecclesiis, ultra quinquaginta. A Monasteriis vero, aliisque Ecclesiis & Prioratibus Secularibus vel Regularibus habentibus Collegium duodecim vel plurimum personarum, ultra centum & quadraginta. Ab habitibus vero minus Collegium, & quibuslibet aliis Ecclesiis, Prioratibus & locis, ultra lxxx. Episcopi etiam ab eisdem Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, atque locis, ultra lxxx. Abbates, ultra lx. Archiepiscopi, ultra xxx. Turonen. argenti valorem non recipiant quoquo modo. In Alemaniæ quoque, Angliæ, Hungariæ, Boemiæ, Poloniae, Norvegiae, Daciae, Scotiae, & Sueciae Regnis, Terris ac Provinciis, & partibus eisdem adjacentibus, Archiepiscopi & Episcopi, alii quoque Praetati, & personae Ecclesiasticae, cum, ut praemittitur, personaliter visitant: idem Archiepiscopi & Episcopi, etiam si Primates existant, à suis, vel Suffraganeorum suorum Ecclesiis Cathedralibus, & personis earum pro procuracione unius diei, five in victualibus, five à volentibus in pecunia, ultra trecentum & viginti. A Monasteriis vero & aliis Ecclesiis, Prioratibus Secularibus vel Regularibus habentibus Collegium duodecim vel plurimum personarum, ultra cc. & lx. Ab aliis vero Monasteriis, Ecclesiis, seu Prioratibus minus Collegium habentibus; aliis quoque Ecclesiis, Prioratibus & locis, ultra ducentorum & viginti. Episcopi etiam à Cathedralibus Ecclesiis, ultra ducentorum & viginti. A Monasteriis vero & aliis Ecclesiis, & Prioratibus Secularibus vel

Regularibus habentibus Collegium duodecim vel plurimum personarum, ultra c. & lxxx. Ab habitibus vero Collegium minus, & quibuslibet aliis Ecclesiis & Prioratibus atque locis, ultra centum & quinquaginta. Abbates insuper à Monasteriis, Prioratibus seu Ecclesiis habentibus Collegium duodecim vel plurimum personarum, ultra centum. Ab habitibus vero minus Collegium, ac Ecclesiis, Prioratibus, & aliis locis quibuslibet, ultra lxxx. Archiepiscopi vero, ultra quinquaginta. Archiepiscopi etiam ultra decem Turonen. argenti valorem recipere non praesumant. Si vero idem Archiepiscopi, Episcopi & Praetati, ac personae Ecclesiasticae, ex privilegio Apostolico, per alios visitare, & procuraciones recipere valeant in pecunia numerata dicti Archiepiscopi, etiam si Primates existant, ab huiusmodi Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, atque locis, ultra centum: Episcopi, ultra octoginta: Abbates, ultra sexaginta: Archiepiscopi, ultra triginta Turonen. argenti valorem pro procuracione qualibet unius diei recipere non praesumant. In Castellæ quoque, Legionis, Aragoniae & Portugalliae Regnis & Dominis, Terris & Provinciis Regum Castellæ, Aragoniae & Portugalliae, & partibus adjacentibus etiam vicinis eisdem, à excepto Sardiniae & Corsicæ Regno: Archiepiscopi, Episcopi, & Praetati, ac personae Ecclesiasticae, cum, ut praemittitur, personaliter visitant: idem Archiepiscopi, à suis & Suffraganeorum suorum Ecclesiis Cathedralibus, pro procuracione unius diei, five in victualibus, five à volentibus in pecunia, ultra centum & quadraginta: à Monasteriis vero & Ecclesiis aliis, ac Prioratibus Secularibus vel Regularibus habentibus Collegium duodecim vel plurimum personarum, ultra centum & viginti. Ab habitibus vero minus Collegium, aliisque Ecclesiis, Prioratibus atque locis, ultra centum. Episcopi etiam à Cathedralibus Ecclesiis, ultra centum: à Monasteriis vero & Prioratibus Secularibus vel Regularibus habentibus Collegium duodecim vel plurimum personarum, ultra lxxx. Ab habitibus vero minus Collegium, aliisque Ecclesiis, Prioratibus & locis, ultra lx. Abbates etiam à Monasteriis, vel Prioratibus habentibus Collegium duodecim vel plurimum personarum, ultra quinquaginta. Ab habitibus minus Collegium, & quibuslibet aliis Ecclesiis, Prioratibus & locis, ultra xl. Archiepiscopi vero, ultra viginti-quinque: Archiepiscopi vero ultra quinquaginta Turonen. argenti valorem recipere non attentent. Si vero proxime nominati Archiepiscopi, Episcopi & Praetati, & aliae personae Ecclesiasticae, ex privilegio Apostolico, per alios visitare, & procuraciones recipere possint in pecunia numerata: idem Archiepiscopi ab eisdem suis & Suffraganeorum suorum Ecclesiis, ultra lxxx. A Monasteriis vero & Ecclesiis aliis, ac Prioratibus Secularibus vel Regularibus habentibus Collegium duodecim vel plurimum personarum, ultra lx. Ab habitibus vero minus Collegium, & quibuslibet aliis Ecclesiis, Prioratibus five locis, ultra quinquaginta. Episcopi etiam ab eisdem Ecclesiis, Monasteriis, ac eorum Monasteriis, Prioratibus, & Ecclesiis five locis, ultra xxx. Archiepiscopi vero ultra xx. Turonen. argenti valorem recipere non attentent. In Apulia vero, Calabria, Terra Laboris, Sicilia, Lombardia, Tuscia, Sardinia, Achaia, Cypri, & ceteris aliis Italiae partibus, necnon Sclavonia, & partibus omnibus ultramarinis, & etiam transmarinis, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, ac Praetati alii, & personae Ecclesiasticae consistentes, cum, ut praemittitur, personaliter visitant: idem Patriarchae & Archiepiscopi à suis vel Suffraganeorum suorum Ecclesiis Cathedralibus pro procuracione unius diei, five in victualibus, five à volentibus in pecunia, ultra lx. A Monasteriis vero, & Ecclesiis aliis, ac Prioratibus Secularibus, vel Regularibus habentibus Collegium duodecim vel plurimum personarum, ultra quinquaginta. Ab habitibus vero minus Collegium, & quibuslibet aliis Ecclesiis, Prioratibus atque locis, ultra quadraginta. Episcopi etiam à Cathedralibus Ecclesiis, ultra quinquaginta. A Monasteriis vero, aliisque Ecclesiis & Prioratibus Secularibus vel Regularibus habentibus Collegium duodecim vel plurimum personarum, ultra quadraginta. Ab habitibus vero minus Collegium, & Ecclesiis aliis, seu Prioratibus, vel locis quibuslibet, ultra triginta. Abbates vero à suis Monasteriis vel Prioratibus simile Collegium vel majus habentibus, ultra viginti. Ab habitibus vero minus Collegium, & quibuslibet aliis Ecclesiis, Prioratibus atque locis, ultra sexdecim: Archiepiscopi ultra decem Turonen. argenti valorem non audeant recipere quoquo modo. Si vero Praetati, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, & personae Ecclesiasticae proxime nominati, ex privilegio Apostolico per alios visitare, & procuraciones recipere valeant in pecunia numerata: dicti Patriarchae, seu Archiepiscopi ab eisdem suis vel Suffraganeorum suorum Ecclesiis Cathedralibus, ultra quadraginta. A Monasteriis quoque & Ecclesiis aliis, ac Prioratibus Secularibus vel Regularibus habentibus Collegium duodecim vel plurimum personarum, ultra triginta. Ab habitibus vero minus Collegium, & Ecclesiis aliis, Prioratibus, five locis, & subditis quibuscumque, ultra viginti-octo. Episcopi quoque à suis Cathedralibus, & quibuslibet aliis Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus atque locis, ultra viginti. Abbates etiam ultra decem, necnon Archiepiscopi ultra quinquaginta Turonen. argenti valorem recipere, non praesumant. Ita quod ex-

penae seu sumptus universi, seu taxatio pecuniaria huiusmodi procuracionis totius diei, videlicet in pecunia, vel victualibus & necessariis aliis, praedictam summam vel valorem aliquatenus non excedat; nec ultra dictas summas vel taxaciones seu valores earum praetextu cuiusvis consuetudinis, vel alias, vel ab ipsis Praetatis, vel familiaribus earundem quocumque exigere vel recipere liceat etiam à volentibus, quando ex conventionem vel consuetudine minus solvere contulerint, quod propter praedicta non plus solvant. Illud quoque quod de Archiepiscopi superius diximus ordinandum, locum habere volumus etiam in Decanis, Praepositis, aliisque personis Ecclesiasticis superius non expressis, quibus visitationis officium & procuracionis receptio ex privilegio Sedis Apostolicae, vel de jure seu consuetudine competere dignoscuntur: Decanis Ruralibus duntaxat exceptis, qui in aliquibus regionibus Archiepiscopi nominantur, circa quos in receptione huiusmodi procuracionis, id, quod supra statutum est, de aliis Archiepiscopi volumus observari. Nostrae tamen intentionis existit, quod si ex conventionem, vel consuetudine, tam Ecclesiae Cathedralis, quam Collegiatae, & aliae quilibet Seculares, ac etiam Monasteria, Prioratus Conventuales, & loca alia quavis Ecclesiastica, earumque Capitula, Collegia seu Conventus, Rectores etiam & personae Praetatis quibusvis visitantibus, ut praefertur, minus debeant, vel consueverunt, quam per nos superius est statutum, ad solvendum ultra conventionem vel consuetudinem huiusmodi nullatenus adstringantur; sed super his circa eos consuetudo & conventio huiusmodi observentur. Huiusmodi etiam moderaciones & taxaciones ad Praetatos quoslibet, qui praetextu cuiusvis consuetudinis, in Monasteriis five locis aliis Ecclesiasticis gratis recipiantur ad pabulum charitatis, extendimus & etiam prorogamus: proviso nihilominus, quod in locis quibuslibet, secundum quod major vel minor rerum copia fuerit in eisdem, necnon iuxta majorem vel minorem personarum & evectionum numerum huiusmodi visitantium, expensarum majorum vel minorum debita moderatio teneatur: ita tamen, quod majores expensae non excedant summam superius limitatam. Insuper praedictis omnibus Archiepiscopis, Primatibus, Episcopis, & aliis superius nominatis visitantibus, ne ultra conventionem vel consuetudinem huiusmodi circa personas, & loca ubi fuerint; nec ultra moderaciones & taxaciones praedictas quocumque praesumant recipere, districtius nihilominus inhibemus. Volentes etiam Constitutionem praesentem poenae adjectione juvari, statuimus, quod si dicti visitantes per se, vel (si ex privilegio eis competat) per alios visitationis officium exercuerint, & procuraciones receperint, ut praefertur, ipsi vel familiares eorum ultra taxaciones praedictas, aliquid scienter exegerint, vel receperint etiam à volente; duplum ejus quod ipsi idem Praetati, vel eis scientibus aut ratum habentibus, eorum familia taliter exegerint vel receperint, intra duos menses post receptionem, seu scientiam huiusmodi Ecclesiis, Monasteriis, & aliis locis à quibus illa receperint, restituere teneantur. Si vero dictis Praetatis per alios visitantibus, ii, qui pro eis visitationis officium exercebant, per se, vel per alios ultra moderaciones seu taxaciones praedictas, quocumque exegerint, seu receperint etiam à volentibus, duplum ejus quod ultra receperint, Ecclesiis & Monasteriis, vel locis aliis, à quibus id receptum fuerit, intra praefatum terminum restituere teneantur. Alioquin extunc dicti Praetati, qui ultra moderaciones & taxaciones praedictas, seu conventionem vel consuetudinem huiusmodi receperint in pecunia numerata, duplum ipsum eisdem Ecclesiis, Monasteriis, five locis ultra dictum tempus restituere differentes, ingressum Ecclesiae sibi noverint interdictum. Si vero pro dictis Praetatis visitationem huiusmodi, ut praemittitur, exercentes, ab Officio & Beneficio noverint se suspensos: quousque gravatis Ecclesiis, Monasteriis, five locis, de huiusmodi duplo plenariam satisfacionem impendant. Adjicientes Constitutioni praesenti, quod si quis de familia Praetati personaliter visitantis, aliquid ultra moderaciones & taxaciones praefatas per se vel alios, Praetato ignorante, nec ratum habente, receperit ab Ecclesiis, Monasteriis, & locis aliis visitatis, duplum ejus quod ultra receperit, de suo proprio intra duos menses post receptionem huiusmodi, Ecclesiis, Monasteriis, & locis aliis, à quibus illa receperit, reddere teneatur: alioquin extunc recipiens, si Clericus fuerit, tam diu ab officio & beneficio sit eo ipso suspensus: Si vero Laicus, tam diu ingressum Ecclesiae sibi noverit interdictum, & à communione Eucharistiae ipso facto noverit se suspensum, donec de duplo huiusmodi gravatis Ecclesiis, Monasteriis, five locis satisfecerit cum effectu: nullà eisdem ultra moderaciones & taxaciones praedictas recipientibus in his donantium remissione, liberalitate vel gratia valitura. Ceterum, moderaciones & taxaciones huiusmodi in illis locis volumus observari, in quibus id fieri poterit secundum Ecclesiae, Monasterii, vel loci alterius facultates. In aliis autem tantam praecipimus modestiam adhiberi, quod per haec, quae ad exoneracionem locorum Ecclesiarum statuendam providimus, non doleant se gravari: nec per hoc dicti Praetati exigendi, amplius quam ipsi subditi pati possint, indultam sibi existimant potestatem. Praemissis quoque adiciendo statuimus, quod si dicti Praetati, vel aliquis eorum, ex Apostolica indulgentia vel consuetudine, seu de jure petant sibi ab Ecclesiis, Monasteriis, &